



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

53 Consecrata benedictione constitutiva sacri, nullus Praelatus profanare
potest, antequam definant esse talia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- ecclesiæ; altaris, calicis, & corporalis, & alia est benedictio invocativa, qua res non fit sacra, qualis est benedictio mensæ, navis, ignis, domus, & similibus, quæ non benedicuntur, ut sint sacra, ac proinde nullius, sed ut per invocationem Dei obtineatur assistentia ejus specialis, ut declarat Cajet in 2. 2. quest. 88. art. 11. & Navar. in comment. de spoliis cler. §. 18. nu. 9. in princ. & vers. secundò insertur, to. 1.
- 52 Sacriligium † circa hanc benedictionem constitutivam versatur, quoniam semel Deo dicatum, non est ad usus humanos ulterius transferendum, c. semel. & ibi glos. in verb. humanos, de reg. jur. in 6. c. comperimus, & ibi glo. 14. qu. 6. & Navar. eo. nu. 4. vers. secundò insertur.
- 53 Et nullus Prælati † potest sine causa ecclesiam, altare, calicem, vel aliam rem benedictione constitutiva sacro dicatam, sive sacratam, in sua forma, & esse artificiali permanentem profanare, & usibus profanis applicare, per. dist. c. comperimus. Tum, quia id videtur esse jure divino, vel naturali prohibitum, ut sentit S. Thom. in 2. 2. qu. 88. artic. 10. ad primum, per c. fin. Levit. Tum, quia id affirmat Cajet. ubi supra artic. 11. & S. Thom. ibidem, & in d. artic. 10. ad primum, quos sequitur Navar. d. vers. secundò insertur.
- 54 Pœna † autem infringentis ecclesiam est, ut damnum novies cõponat, & immunitatem tripliciter, & velut sacrilegus canonice sententiæ subjugetur, c. quisquis in su. & ibi gloss. in ver. novies, & verb. tripliciter, 17. qu. 4.
- 55 Quartò, † committitur sacrilegium circa res: & hoc casu tribus modis de jure canonico committitur sacrilegium, sacrum de sacro, vel sacrum de non

sacro, aut non sacrum de sacro auferendo, ut in dicto cap. quisquis vers. similiter sacrilegium, & his casibus, qui variè contingere possunt, ita diversa erit delinquentium punitio, ut tradit Diaz. in pract. crim. 89. alias 81. circa fin. alijsque pluribus casibus ecclesiastici pœnam depositionis incurrunt, ut per Abb. in c. at si clerici, nu. 35. de jud. & Diaz. in pract. crim. cap. 74. alias 81. cum pluribus sequent.

Deponendus † etiam venit ministrans solemniter in ordine, quem non habet, & ulterius non est ordinandus, cap. 1. & 2. de cleric. non ordin. ministran. Et omnes qui absque dispensatione canonica, aut sine legitima licentia, sive extra tempora à jure statuta, sive ante ætatem legitimam, vel absque dimissorijs litteris ordinantur à suorum ordinum executione sunt ipso jure suspensi, & si hujusmodi suspensione durante in eisdem ordinibus ministrare audent, eo ipso irregularitatem incurrunt, ac beneficijs ecclesiasticis possunt jure privari, Pius, 11. in Bull. Rom. c. 6.

57 Laicus † verò Missam celebrans, vel in aliquo alio sacro ordine ministrans falsum committit, & uti falsarius est puniendus, Bald. in l. qui sub pretextu, in fin. C. de sacrosanct. Eccles. Abb. in dicto cap. 1. num. 1. de cler. novo ordine ministr. & Felyn. in c. tertio loco, numer. 1. vers. idem in clerico de probat. sive potius puniendus, ut hæreticus, accidit enim Greg. Papæ Pij XIII. tempore:

58 Quòd quidam † filius perditionis, satis peritus in arte scribendi, habitis præ manibus quampluribus familiaribus litteris, per quamplures Cardinales alius personis scriptis, manum alienam ad eò imitatus fuit, ut litteras diversis Prælati, & alijs gravi-